



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Dispvtaiones Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Altera Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

APPROBATIO ALMÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ  
Academia Burdegalensis.

**N**os infra scripti in Academia Burdegalensi Sacra Theologia Doctores, fidem facimus opus inscriptum, Disputationes Theologicae quatuor Tomis distincta, quibus uniuersa Theologia Scholastica accuratè explicatur, auctore R. PATRE IOANNE MARTINONO Societatis Iesu in Collegio Burdegalensi sacra Theologia multos annos professore, nihil aduersum doctrinam dei, & bonis moribus continere: sed & auctoris fama, & hominum de eo expectatione dignissimum: perspicuum, videlicet, pressum, reconditum, atque imprimis accuratum: nihil ut in eo redundet, nihil desiderari possit. Eiusmodi denique, quod ad publicam utilitatem in lucem quamprimum prodeat, & omnium Sacrae scientia studiosorum manibus tractetur: speramus enim ne frustra diu, multumque expectatum sit; nec minimum ex eo, tot aliisque voluminibus illustrata Theologiae lumen accipiat. In cuius rei testimonium manu nostra subscripsimus. Burdegala die 13. Iulij anni M. DC. XLIII.

COSAIGES Cancellarius.

I. DE LA PIERRE Vniuersitatis Burdegalensis Rector, in eademque Academia Theologiae Doctor, Magister artium, & Doctor Regens: Necnon Collegij regij Aquitanici Primarius, atque Ecclesiae S. Emilij Canonicus Theologus.

GRYMAUD in sacra Theologia facultatis Parisiensis Doctor, Necnon Ecclesiae Burdegalensis Ecclesiastes, & in Academia Burdegalensi pro S. Theologiae Doctor Regens.

FR. IOANNES CHERON Carmelitarum reformatorum Provinciae Vasconiae Commissarius generalis, & sacrae Theologiae doctor Regens.

MICHAEL CAMAIN Professor Theologiae in Collegio Burdegalensi Societatis Iesu.

FR. IOANNES CASTETYS Ord. Eremit. S. Augustini, in Academia Burdegalensi Professor Theologus.

ALTERA APPROBATIO

**N**os infra scripti Societatis Iesu Theologi fidem facimus nihil in istis Disputationibus Theologicis R. P. IOANNIS MARTINON in primam partem D. Thomae, contrarium fidei, vel bonis moribus reprehensum à nobis fuisse: Sed omnia iuxta receptas Theologorum sententias, ex fidei principiis, vel ex Patrum doctrina, & ratione, perspicue, solide, & accurate explicata: dignumque opus nobis videri quod in publicam utilitatem edatur, & studiosorum Theologiae manibus teratur. In cuius testimonium manu nostra subscripsimus. Burdegala die 16. Nouembris Anni M. D. XLIII.

P. LA DEVIS, studiorum superiorum professor.

PETRVS DEBVGIS Theologiae Professor.

IOANNES GODEFRE Theologiae Professor.

IOANNES IACOBS DE CLOCHE Professor Theologiae.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS  
Societatis Iesu.

**I**OANNES RICARD Praepositus Provincialis Societatis Iesu in Provincia Aquitaniae, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. nostro Nuntio Vitellesco Praeposito Generali eiusdem Societatis Iesu, facultatem concedo, ut R. IOANNIS MARTINONI ex eadem Societate Theologi Disputationes de Deo & de Angelis in primam partem S. Thomae, multorum eiusdem Societatis Theologorum iudicio approbatae, typis mandentur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & Officij nostri sigillo munitas dedimus Burdegala die 16. Nouembris Ann. 1643.

IOANNES RICARD.